



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annvs Sanctvs Ac Fortvnatvs

Coloniæ Agrippinæ, MDCXLVIII

S. Agnes Virgo & Martyr. 21. Ianuarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53246)

S. AGNES VIRGO & MARTYR.

21. Ianuarij.

1. Agnes & genere & corporis pulcritudine præstantissima annorum 12. scholar frequentat, literas, artesque muliebres studiose discit cum omni pietate in DEO & Sponsum Christum, cui tota deuotione deseruit, vouetque Virginitatem. DOC. Studia tuo statui congrua diligenter pertracta. Virginitatem ama.

2. Procum nobilissimum, honores, diuitias, voluptates carnis omnes offerentem præ amore Sponsi sui Christi reijcit, nullis blanditijs minisque à proposito deflecti potest, etiam nullis verberibus, alijue cœnis. DOC. Caue ne & tu Sponsam animæ tuæ Christum per peccatum deseras.

3. In Inphanari nuda prostituitur, sed pudicam Agnellam Deo se commendantem Angelus protegit. Corpus Virginis capillo mox excrecente tegitur: lumine circumfunditur, Terrentur omnes impudici accessores. Procus nobilis impudice se ingerens ab Angelo occiditur, quem Agnes precibus suis resuscitat, ac conuertit. DOC. Castitas Deo Angelisque chara defenditur honoraturque hanc ama.

4. Flammis Agnes addicitur, iniiciturque sed protegit eam Angelus, flammam in circumstantes carnifices, aliosque Gentiles conuertit, ab Agnate auerit, donec gladio transfixa occumbit. DOC. In flammis etiam innocentia viget floretque, & tandem morte æternam in cœlis triumphat.

5. Mortua Parentibus triumphans inter multos Sanctos apparet, monetque ne se in cœlis triumphantem desceant. Emerentiana Virgo ad sepulcrum eius martyrio coronatur: Constantia sanatur, & ad Christi fidem conuertitur. DOC. Virtus Sanctorum post mortem etiam vivit hic, & in cœlis triumphat.